

Pius II. an N^oK. Er gewährt den Cusanus-Familiaren Heinrich Pomert, Johannes Stam und Peter von Erkelenz zur Einlösung ihrer am 24. November 1458 ausgestellten Expektanzen die Prärogativen der päpstlichen Familiaren.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 503 f. 226^{rv}. Neben dem Text: Ja(cobus) Papiensis.¹⁾ Unter dem Text: Non taxata de mandato d. n. pape. M. Amici.²⁾ T. de Castello.³⁾

Regest: Brosius/Scheschkevitcz, RG VIII 288 Nr. 1942.

- Pius etc. Dilecto filio Nicolao tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali salutem etc. Exuberantia virtutum merita, quibus illarum largitor altissimus personam tuam multipliciter insignivit, labores etiam fructuosi per te hactenus pro sancta Romana ecclesia impensi non indigne promerentur, ut te etiam in tuis, qui tibi continuo famulantur, favore prosequamur gracie specialis. Dudum siquidem tui consideratione nonnullis ex familiaribus tuis continuis commensalibus sub dato viii kal. decembris pontificatus nostri anno primo (24. November 1459) gracias expectativas ad beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura canonicatusque et prebendas, dignitates, personatus, administrationes vel officia ad collationem, presentationem, provisionem, electionem seu quamvis aliam dispositionem certorum tunc expressorum collatorum aut collatricum concessimus, prout in litteris desuper pro quolibet confectis plenius continetur.⁴⁾
- 10 Nos, volentes premissorum intuitu tuam honorare personam et per honorem tibi exhibitum quosdam ex tuis familiaribus continuis commensalibus huiusmodi favore specialis prerogative gaudere tibi ac per te tribus nobis ad hoc nominatis, videlicet dilectis filiis Henrico Pomert, Johanni Stam et Petro Wymari de Enklens, clericis Lubicensis, Treverensis et Leodiensis diocesium, familiaribus tuis continuis commensalibus, eorundem omnia et singula cum cura et sine cura beneficia ecclesiastica, que obtinent et expectant et
15 in quibus et ad que ius eis et eorum cuilibet, quomodolibet competit, quecumque, quotcunque et qualiacunque sint, illorumque fructuum, reddituum et proventuum veros valores annuos et dispensationum eorum, quarumcunque tenores pro sufficienter expressis habentes, ut ipsi tres et eorum singuli ex gratiis expectativis et litteris desuper cum executorum deputatione super provisione seu reservatione canoniciatum et prebendarum, dignitatum, personatum, administrationum vel officiorum etiam fercula nuncupatorum beneficiorumque aliorum cum cura vel sine cura eis respective factis et concessis, quarum tenores
20 ad collatorum et collatricum canonicatum et prebendarum, dignitatum, personatum, administrationum officiorumque etiam fercula nuncupato et beneficiorum aliorum huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, celeriore consequantur effectum, harum serie auctoritate apostolica concedimus, quod ipsi Henricus, Johannes et Petrus prefati in canonicatum
25 et prebendarum, dignitatum, personatum, administrationum et officiorum necnon beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura in litteris graciaram predictarum eis respective, ut prefertur, concessarum comprehensorum assecutione omnibus et singulis antellationum prerogativis, decretis, declarationibus, favoribus et indultis ac eisdem prorsus similibus, quibus nonnulli nostri familiares continui commensales in certo libro cancellarie apostolicæ⁵⁾ circa quasdam per nos eis concessas prerogativas de
30 mandato nostri descripti et obsequiis nostris actu insistentes in assecutione quorumcunque ecclesiasticorum beneficiorum sub gratiis expectativis per nos eis concessis comprehensorum gaudent et utuntur seu uti et gaudere poterunt, quomodolibet infuturum pariformiter et absque ulla differentia sine tamen ipsorum descriptorum familiarium nostrorum preiudicio ad eorum instar uti pariter et gaudere seque cum illis in iudicio et extra ubicumque et contra quoscunque tueri valeant eisque perinde in omnibus et
35 per omnia suffragentur, ac si essent de numero familiarium descriptorum eorundem ac in prefato libro unacum ipsis descripti, ipseque antellationum prerogative et declarationes pro dictis tribus familiaribus tuis sicuti pro nostris emanassent, non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis, que predictis litteris volumus non obstare ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Senis
40 anno etc. millesimo quadringentesimo sexagesimo, pridie kal. septembris, anno secundo.

13 commensalibus: *folgt gestr.* huiusmodi favore specialis prerogative. 17 tenores: *em. teneres.* 20 beneficiorumque – 23 nuncupato: *a.R. eingefügt.* 31 utuntur: *em. utuntur.* 36 familiaribus: *a.R. eingefügt.*

¹⁾ Jacopo Ammanati Piccolomini, Sekretär Pius' II., B. von Pavia.

²⁾ *Michael Amici, dr. decr., Kanoniker zu Lüttich und Tours, apost. Kanzleischreiber und Abbreviator; s. Frenz, Repertorium Officiorum Romane Curie, s.v.*

³⁾ *Tommaso di Camuffi da Città di Castello, apost. Schreiber; vgl. oben Nr. 5920 Anm. 4.*

⁴⁾ *S.o. Nr. 5795 und 5797. Die damals offenbar auch für Peter von Erkelenz ausgestellte Expektanz ist nur durch Nr. 6319 bekannt.*

⁵⁾ *Vgl. die ungedruckt gebliebene Edition der päpstlichen Kanzleiregeln von Andreas Meyer; <<https://www.uni-marburg.de/de/jb06/mag/institut/prof-dr-andreas-meyer/kanzleiregeldateien/pius2.pdf>>.*